UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Berlendis Virgo. Patientia in morbis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71907

Visual Library

S. BERLENDIS VIRGO.

Patientia in morbis.

Deus, infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilii tui ſuper fideles morbidos oſtende virtutem; ut S. Berlendis precibus ſuffragantibus, tolerantiæ meritis cumulentur & ſalutem conſequantur immortalem.

Ora pro diutino morbo afflictis.

BERLENDEM Virginem, ex Nona, S. A-
mandi Epiſcopi ſorore, genuerat Ode-
lardus, ab Antverpienſi portu uſque Con-
datum Hannoniæ, latifundiis & titulo Co-
mitili pollens. Merbeka prope Ninovian
ſedes ei erat; ubi mortua conjuge, velu
alter Job, lepra percuſſus, viduitatis morbi-
que incommoda ſolabatur filiæ dilectæ ob-
ſequiis. Sed cum hæc aliquando, poſt pa-
trem bibitura, ſcyphum effuſo quem ipſe
prælibavat potu eluiſſet; gravius id ille, ſe
tacitus ferens, teſtamentarias tabulas clam
mutavit; & S. Gertrudem, an. 67 defunctam
ac celebrem miraculis, bonorum omnium
ſcripſit heredem. Altiori id conſilio actum
docuit eventus: nam Sancta de tumulo ma-
num porrigens, arrham oblatam apprehen-
dit; & BERLENDIS Morſellæ attonſa in Mo-
nacham, mirabiliter ad apicem ſanctitat
aſcendit. Visâ deinde patris animâ in cæ-
lum ferri, ad eum tumulandum Merbekam
rediit; ibique ſanctiſſime vixit atque obi
circa an. 700; propter crebra ad tumulum
miracula, inde elevata ab Epiſcopis, po
annos 30.

Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam. Joan. 11.